



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

lxxx. Si venari nolit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Si venari nolit.

Q Vindecim dies in locum obscurum includito, vbi lucem non videat, nisi ad comedendum. Cibi tertiam partem illi detrahitto, postea ad venationem emittito.

Ad fluxiones capitis.

SI accipiter capitis fluxionibus laborat, ita cognosces. Oculi ipsius lachrymant. hoc medicamento auxiliabere. Piperis albi triginta grana. costum, folium, spicam Indicam, pediculariam, crocum pari pondere. omnia quidem instar triginta granorum piperis ponderantia contundito, hisq. illius palatum defricato cum vino bono. postea mel fumo nō infectum sumito, eoq. per pinnam palatum linito. ex superiori compositione rursus inspergito, & quam mox eius nares tuo ore sugito, vt medicamentū sursum perueniat. Hæc vbi feceris, in sole ipsum duas horas collocato, & cum excrementa reddiderit, illum ex sole tollito, & vini boni paulum ex ore tuo in os illius infundito: post duas horas ipsum vocato: dato ipsi vel columbinum pullum, vel murem, & sanus fiet. Si in eius oculis velut lenticulæ quædam appareant, & ipse oculis hallucinantibus sedeat, ita ipsum

X